



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

110. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, ut resipiscant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

De eadem re. *Ex Concilio Africano.*

CIX. Aurelius Episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari divinis altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet utique Presbyter consulere Episcopum, & sic periclitantem ejus præcepto reconciliare. quam rem salubri consilio debemus roborare.

Conc. Carthag. 2. c. 4.  
Burchard, lib. 18. c. 13.

De eadem re. *Ex epistola Celestini Papæ.*

CX. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum mente potiùs est æstimanda quàm tempore, Propheta hoc taliter asserente: *Cùm conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Cùm ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cùm illi se obliget judici cui occulta omnia noverit revelari.

Decreta Celest. 1. c. 15.  
Burchard, lib. 18. c. 1.

De his qui obmutescunt antequam sacerdos veniat ad eos. *Ex epistola Leonis Papæ.*

CXI. Ita ergo talium necessitati auxiliandum est ut nec actio illis pœnitentiæ nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia integri sensus quærere comprobentur. Quòd si ita aliqua ægritudine fuerint adgravati ut quod paulò antè poscebant, & sub præsentia significare non valebant, testimonia eis fidelium circumstantium

S. Leo epist. 91. c. 5.  
Burchard, lib. 18. c. 9.  
Riculf. c. 10.